



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XX. De benedictione aurentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

XIX.

Quod nullus sæcularium monasterii possessionem illicite usurpet.

Sæcularium quispiam ausu temerario ius tyrannidis non in Christi cultura præsumptuosus exerceat, non minuet, instigante diabolo, quod sancti Spiritus instinctu tam a me quam a prædecessoribus meis, nec non a catholicis vtriusque sexus hominibus largiflua concessum est dapfilitate.

XX.

De benedictione argentium.

Argenti tribuat rerum cunctarum Opifex tranquillum vitæ præsentis excursus, longævam instantis temporis * futuram æternæ beatitudinis rationem, sufficientem vidualium vbertatem, interminabile prosperitatis augmentum, copiosum virtutum omnium iuuamen.

XXI.

De maledictione minuentium.

Minuentem perpetua possideat miseria: in Domini manens persecutione, eius genitricis sanctorumque omnium incurrat offensam: præsentis vitæ aduersitas illi semper eueniat: nulla ei bonitatis accidat prosperitas: omnia eius peculia inimici astantes diripiant: in futuro autem æterni miserrimum cum hædis in sinistra positum damnent cruciatus, si non satisfactione emendauerit congrua quod in Domini vfurpans detraxit censura.

XXII.

Quibus modis sæcularibus obtemperant, & quod nullus reatus hoc Domini priuilegium minuere valeat.

Non habetur huius tituli caput in manuscripto.

Tribus tantummodo causis sæcularibus obtemperant præceptis, rata videlicet expeditione pontis arcisve constructione; alias æterna ditati gloriantur libertate. Reatus quidpiam si incitante dæmone seductus vel abbas vel fratrum aliquis fragiliter, quod absit, contraxerit, iustitia purgante secundum regulæ præceptum abolitus damnetur, maneatque præfatæ munificentiae libertas Altithrono per nostram humilitatem oblata ad monachorum vsus gra-